



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Dominica XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## DOMINICA XVIII.

## QUÆSTIO XLIX.

*Quem fructum nobis adfert Ascensio Christi in celum?*

RESP. Primum, quod in cœlo a-pud patrem pro nobis intercedit<sup>a</sup>. Deinde, quod carnem nostram in cœlo habemus, ut eo, tanquam certo pignore, confirmemur fore, vt ipse, qui Caput nostrum est, nos sua membra ad se extollat<sup>b</sup>, (nisi impunitens obſtititer.) Tertio, quod nobis suum Spiritum mutui pignoris loco mittit<sup>c</sup>, cuius efficacia non terrena sed superna quaerimus, (nisi mens lena:) ubi ipse est ad dextram Dei sedens<sup>d</sup>.

<sup>a</sup> Heb. 9.24. Rom. 8.34. <sup>b</sup> Eph. 2.6. Ioh. 14.2. <sup>c</sup> Ioh. 16.7. Eph. 1.13. <sup>d</sup> Col. 3.1. 2.3.

## QUÆSTIO L.

*Cur additur? Sedet ad Dextram Dei.*

RESP. Quia Christus ideo in cœlum ascendit, ut se ibi <sup>a</sup> Caput Ecclesiæ suæ declararet<sup>b</sup>, per quod pater omnia gubernat<sup>c</sup>, ut ita meritum in terris.

<sup>a</sup> Ephes. 1.20. Hebr. 1.3. Hebr. 8.1. <sup>b</sup> Ephe. 1.22. 23. Col. 1.18. <sup>c</sup> Ioh. 5.22. Mat. 28.18. 1. Cor. 15.25.

## DOMINICA XIX.

## QUÆSTIO LI.

*Quid nobis prodest hæc Gloria nostri Capitis Christi?*

RESP. Primum, quod per Spiritum Sanctum in nos, sua membra, cœlestia dona effundit <sup>a</sup>. Si obicem non opponamus.

Deinde, quod nos sua potentia contra omnes hostes protegit ac defendit <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Act. 2.33. Eph. 4.8. <sup>b</sup> Ioh. 10.28. Ioh. 12. 31. Ioh. 16.33. 2. Cor. 12.9. Of. 13.14.

## QUÆSTIO LII.

*Quid te consolatur Reditus Christi ad iudicandum viuos & mortuos?*

RESP. Quod in omnibus miseriis & persecutionibus erecto capite <sup>a</sup>, eundem illum, quile prius pro nobis iudicio Dei statuit, & male-dictionem omnem <sup>b</sup> nobis abstulit, iudicem è cœlo expecto <sup>c</sup>: qui omnes suos & meos hostes in æternas penas abiiciat<sup>c</sup>, me vero ita sperantem ac orantem, licet immeritum, cum omnib. electis ad se in cœlestia gaudia & sempiternam gloriam traducat <sup>d</sup>, si dignus inueniar.

<sup>a</sup> Luc. 21.28. <sup>b</sup> Act. 10.39. 40. 42. Ioh. 19. 37. ex Zach. 12.10. <sup>c</sup> Apoc. 20.10. 2. Thes. 1.7. 8. 9. 10. <sup>d</sup> Ioh. 14.3. Ioh. 17. 24. 1. Thes. 1.17.

DE

